



DISPUTATIO I.

DE

CONFESSIO NE

AVGVSTANA.

γνησίως ac propriè sic appellatâ.

Thesis I.

Aug. Epist.

19. ad Hier.



*Si ea est Sacrarum Scri-
pturarum, Prophetiarum &
Apostolicarum, quippè θεοπνεύτων
auctoritas; earumq; Canon adeo
illustris ac perfectus, ut cum D. Au-*

*gustino his solis, infallibilis veritatis ac certitudi-
nis timorem honoremq; deferre debeamus: ac pro-
indè pluribus ad docendam veritatem coelestem li-
bris haud opus esse, meritò videri cuiquam possit:*

2. *Fecit tamen, hodieq; facit hereticorum
κυσεία, εν πανουργία πρὸς τὴν μεθόδειαν τῆς
πλάνης, ut Apostolus loquitur, quâ scripturas a-
deo fraudulenter ac insidiosè depravare, sive uti
D. Petrus, habet, ita sophisticè detorquere solent,
ut nulla tam foeda sit heresis, errores nulli tam
tetri, quin scripturis contortis inflexisq; palliare
eos studeant, plurimis etiam ἀμαθέσι καὶ ἀση-*

Eph. 4. . 4.

2. Pet. 3.

16.

A

ρίκταις